

positum in medium v. 1. — 2) *Hanc esse Fortunatam uxorem Trimalchionis Petroniani, Encolpium autem eius maritum esse ipsum Trimalchionem sibi persuasit Niebuhr aet. acad. Berol. 1822/3 p. 254.* — 3) *Vixi.* — 4) *Sine ulla querella.* — 5) *Idem VI 11985.* — 6) *Cf. infra N. 8285 seq.* — 7) *Scr. quid.* — 8) *Antescholarii virginum Vestalium praeterea ignoti (antescholarii vocabulum praeterea Petron. 81).* — 9) *Cf. ad N. 8231.* — 10) *De hac praepositione Charis. 2, 15 p. 250, 18. 231, 22 ed. Keil; Placidus Corp. Gloss. Lat. V p. 35 cet. Buecheler mus. Rhen. 51, 1896 p. 472.* — 11) *Scr. ὄτι οὐκ ὦν ἦν (Meineke) vel ὄτι ἦν, ὅτε οὐκ ἦν (Momms.).*

8157 v. a. LII. | D. m. | Ti. Claudi Secundi, | hic secum habet omnia. |
Balnea vina Venus¹ | corrumpunt corpora | nostra.

Set vitam faciunt | b. v. V. |

Karo contubernal. | fec. Merope Caes. | et sibi et suis p. e.

Romae (VI 15258 cf. p. 3517 saepius descripta saec. XV. XVI; vidit etiam saec. XVII Gudius). Buecheler carm. epigr. n. 1499. — 1) *Idem hemistichium III 12274c. XIV 914 (= Buecheler n. 1318) v. 3.* — *Ad hunc titulum fictus V 390*.*

8158 d. (*ascia*) et (*ascia*) m. | memoriae aetern. | Blandinae Marti-
tolaiae puellae | innocentissimae quae vixit | ann. XVIII m. VIII d. V,
Pompeius | Catussa cives¹ Sequanus tec|tor² coniugi incomparabili | et
sibi benignissime, quae me|cum vixit an. V m. VI d. XVIII | sine ula (*sic*)
criminis sorde; vius | sibi et coniugi ponendum cu|ravit et sub ascia de-
dicavit³. | Tu qui legis, vade in Apolinis (*sic*) | lavari, quod ego cum coniu|ge
feci; vellem si aduc (*sic*) possem.

Lugduni (XIII 1933 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. supra N. 4635 not. 1.* — 2) *Cf. N. 7667 seq.* — 3) *Cf. N. 8141 not. 3.*

8159 Seia T. f. Marcellina sibi et | Vibennio Marcellino filio | viva
posuit. | Quod voluit, et potuit, quod potuit et voluit.

Caesena (XI 368 vidit Bormann).

8160 dis manibus | Sexti Perpennae Firmi. | Vixi quemadmodum
volui; | quare mortuus sum, nescio.

Romae (VI 25942 reperitur in syllogis saec. XV, unde pendent posteriores: videtur genuina).

8161 lege¹ et crede! | hoc est, sic est, aliud fieri non licet².

Romae, nunc Catai, sarcophagus, in quo sculpti viri equos ducentes (VI 29952 vidit Mommsen; Dütschke antik. Bildwerke Oberital. V 466). Buecheler carm. epigr. n. 247. — 1) *Sic antiquiores nonnulli, pro vocabulo deperdito nunc videtur esse restitutum rege (re[spic]e Dütschk.).* — 2) *Cf. VI 19007: hoc es[t]; sic est; aliud[us] fieri non potest; hoc ad nos (subscriptum carmini Buecheler 362).*

8161^a M. Ogulnius | M. I. Rufio | hic est et non | est.

Romae in monumento familiae Marcellae, cf. N. 7879 (VI 4652 vidit Henzen).